



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

De Ecclesijs aedificandis, vel repara[n]dis. Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 8. Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 1. cas. 75. num. 5. & alij quos refert, & sequitur Diana par. 1. tr. 2. ref. 71. & ita etiam tenet Syl. in ver. lex num. 15.

90 Addit Bald. in cap. fin. de fid. Instrum. & alij, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. quod citatio, & acta coram Indice seculari facta contra interessu prætententes in consecratione inuentarij non afficiunt clericos creditores.

91 Infertur secundò Clericos eadem ratione passim non ligari inter congrui seu retractus, ut decisū refert Rice. in collect. decisi. par. 1. collect. 171. neque statuto de causis compromittendis inter affines, vel alijs statutis laicorum, sed aitne tantum ita ut possint clerici vti iure congrui, vel alio statuto fauorabili contra laicos, non autē laici contra Clericos Bald. conf. 3. lib. 1. Surd. conf. 2. n. 14. lib. 1 Franc. dec. 285. Car. de Graff. de effect. Cler. eff. 2. num. 414. & alij, quos refert & sequitur Dian. p. 3. tr. 1. ref. 43.

92 Infertur tertio, Clericos non comprehendi sub statuto Laicali prohibente extractionem frumenti, vini, & similiū extra territorium, etiamsi id fiat ob bonum commune, ut inde abundantia in cœnitate conseruetur Syl. in ver. lex num. 15. Grammat. decisi. 100. num. 15. Dian. par. 1. tract. 2. ref. 69. vñicitat. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 83. nu. 1. Io. de Amic. conf. 18. num. 17. Roland. lib. 4. conf. 61. num. 22. & alios.

93 Quæres, an leges, quæ non sunt pœnales, sed certam formam in contractibus præscribunt, comprehendant Clericos, affirmatiue respondent communiter Doctores: id tamen prouenit ex generali iuris canonici consensu, & approbatione, & ideo actus sine tali solemnitate factus est innaturalis potius ex iurisdictione ecclesiastica, quam civili Layman. loco cit. num. 4. Bonac. d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 6. n. 33. Lezan. in Summ. qq. reg. to. 1. cap. 11. n. 17 quod tamen non habet locum, vbi ius canonicum aliam formam præscribit, tunc enim prævalit dispositio iuris canonici, ut dicunt citati DD. vnde in testamento ad pias causas sufficit numerus duorum, vel trium testium iuxta cap. cum effes de testam.

## S V M M A R I V M.

1 Vicinus cogitur ad vendendas res proprias favore Ecclesie, vel monasterij, illiusque ampliatione.

2 Idem præ privilegiū competit pro scolis fabricandis, seminario puero rum, ac pro construenda domo Parochi.

3 Iudec non debet permittere, ut vicinus magnū patiatur detrimentum.

4 Vicinus non est cogendus si monasterium facile possit ex alio latere ampliari.

5 Vicinus cogitur ad locandam domum favore monasterij.

6 Si Ecclesia edificetur in solo alieno cogitur similiter Dominus ad vendendum iusto pretio.

7 Mo-

- 7 *Moniales prohibere possunt vicino, nè altius eleuet fenestras, ex quibus prospiri possent.*
- 8 *An Episcopus erigere possit nouam Parochiam.*
- 9 *Quæ conditiones ad id requirantur, & num. 10.*
- 11 *An credatur ordinario afferenti de causa erectionis nouæ Parochie.*
- 12 *An à decreto huiusmodi erectionis detur appellatio.*
- 13 *An sit locus dictæ erectioni, si Parochus alium Sacerdotem proposneret in loco minime incommodo.*
- 14 *De quibus fructibus reparari debet Ecclesia Cathedralis, & an Episcopus ad id teneatur.*
- 15 *An Canonici, & alijs possidentes beneficia ad id teneantur.*
- 16 *Non potest Episcopus compellere Canonicos, & alios Clericos, nisi in casu, quo fabrica, seu reparatio effet necessaria.*
- 17 *Episcopus potest fabricæ eiusdem Ecclesiæ fructus beneficiorum vacantium ad tempus applicare.*
- 18 *An ad huiusmodi reparationem compellendi sint Parochiani.*
- 19 *Vbi adest consuetudo, laici tenentur ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis.*
- 20 *Quæ requirantur ad huiusmodi consuetudinem inducendam.*
- 21 *Ex quibus fructibus residienda sint Ecclesiæ inferiores.*
- 22 *In quo casu Parochi, & alijs beneficiati ad reparationem Ecclesiæ teneantur.*
- 23 *An Parochus teneatur, si fructus beneficij non excedunt summam 100. ducatorum.*
- 24 *Quomodo calculari debeant huiusmodi ducati.*
- 25 *An commendatarius teneatur ad reparationem Ecclesiæ.*
- 26 *Obtinentes pensionem ad reparationem tenentur pro rata.*
- 27 *Ad id tenentur etiam Patroni, si Ecclesia iuris patronatus fuerint.*
- 28 *In quo casu teneantur Parochiani ad Ecclesiæ parochialem reparationem.*
- 29 *Parochiani tenentur ad reparationem pro modo substantiæ.*
- 30 *Onus contribuendi fabricæ Ecclesiæ Parochialis spectat ad Dominos ædium, non autem ad Conductores.*
- 31 *Qui tenentur ad refectionem Ecclesiæ, tenentur etiam ad refectionem domus Sacerdotalis, & ad paramenta, ornamenta, & alia Ecclesiæ necessaria, & n. 32.*
- 33 *Qui teneantur ad restorationem monasteriorum monialium.*

## C A P. II.

## De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

## §. I.

*An vicinus cogi possit ad vendendam propriam domum pro constru- ctione, vel ampliatione Ecclesiæ.*

 *A*ffirmatiuè respondet cōmuniter DD. in l. si quis sepulchrum ff. de Relig. & sumpt. fun. quod non solum habet locum in Ecclesiæ Cathedrali vel

vel Parochiali, in quibus Sacra-  
menta ministrantur, sed etiam in  
alijs Ecclesijs, & monasterijs tam  
virorum, quam mulierum siue  
ædificatis, siue ædificandis, & il-  
lorum necessaria ampliatione  
Cepoll.in tract.de seruit.urb.Pred.  
cap.28.nu.5.Grammat. dec. 75. per  
tot.T hes.qq. forens.lib.1.q.64.n.6. &  
hanc esse communem testatur Valasc.  
dec.22.n.2.Surd.conf.62. n. 7. & 8.  
lib.1.Giurb.dec.86.nu.7.Rota decif.  
327.nu.1.par.1.in recent.Barbos.de  
offic.& pot.Episc.par.2.all.26.nu.1.

Immò etiam pro ampliatione  
atrij Ecclesiæ, dormitorio exten-  
dendo, monasterij viridario, eius-  
demque viridarij ampliatione,  
possunt cogi vii ad vendendas  
res proprias d.decif.86.n.8.  
& alij DD.citati. & in Prax.for.  
Eccles.par.3.ref.557. & in Collect.  
decif.par.1.collect. 130.Antoni.uar.  
resol.lib.1.resol.112.cas.29.Sperell.  
decif.58.n.19. & seq. idemque pri-  
uilegium competit pro scholis fa-  
bricandis, pro seminario puer-  
orum, ac etiam pro construenda  
domo pro habitatione [Parochi  
Carocc.dec.26.per tot.Ricc.d.Collect  
130.Surd.con.62.n.8.vol.1.Sperell.  
dec.58.n.22. & 23. & alij.

3 Debet tamen index distingue-  
re necessitatem à simplici utilitate  
ut dicit. Ricc.in Prax.for. Eccles.  
par.3.ref.414.atque ita debet de-  
opportunitate loci prospicere, ut  
vicinus, qui cogitur vendere, ma-  
gnum non patiatur detrimentum  
d.i.squis sepulchrum. Vnde nec est  
ad id cogendus vicinus, si mona-  
sterium facile possit ex alio latere  
ampliari.Rot.decif.372.nu.3.par.1.  
Recent.

5 Ex his infert Sperell.d.dec. 58.n.  
25.quod Religiosi possunt cogere  
vicinū etiam ad locandā domum pro  
necessaria eorum habitatio-  
ne quoūsque perficiatur monaste-  
rium, cum in hoc sit minus dam-  
num vicini: quamuis contrarium  
teneat Ricc.in Collect.dec.par.1:col  
lect. 10.

6 Infertur 2. quod si Ecclesia ædi-  
fice ut in solo alieno, cogitur si-  
militer minus ad vendendum  
iusto modo, tunc enim ædificium  
non cedit solo, sed solum ædificio  
Ricc.in collect.dec.2350 par.6.

7 Adde, quod moniales prohibe-  
re possunt vicino, ne altius ele-  
uet fenestras, ex quibus prospici  
possent ipsæ moniales c.1.in princ.  
de Stat.Reg.in.6.Bero.conf.135.n.9.  
& 10.vol.3.Couar.var.resol. lib.3.  
cap.14.sub n.8.vers. septimo eadem  
opinio Mutu decif.Sicil.8.n.6.quod  
procedit, etiam si esset via interme-  
dia Sperell.decif.58.n.6.

## S. II.

An Episcopus erigere possit no-  
nam Parochiam.

8 **S**Acra Tridentina Synodus  
statuit, ut vbi ob locoram  
distantiam, sine difficultatem Pa-  
rochiani sine magno incommodo  
ad percipienda sacramenta, & di-  
uina officia audienda accedere,  
nequeunt, possit Episcopus nouas  
Parochias etiam iniitis rectoribus  
iuxta formam confit.Alexan. III.  
Quæ incipit. Ad audientiam, consti-  
tuere, ac Sacerdotibus, qui de  
novo

novo erunt Ecclesijs nouiter cre-  
atis præficiendi, competentem.  
portionem assignare ex fructibus  
ad ecclesiam matricem pertinens-  
tibus, & si necesse fuerit, com-  
pellere etiam populum, ut ea  
subministret, quæ sufficiant ad  
vitam dictorum sacerdotum sub-  
stentandam, ut in sess. 21. de ref.  
cap. 4.

9 Ex quo obseruant DD. quod non  
sufficit quælibet distantia, sed ea dumtaxat, quæ præbet dif-  
ficultatem Parochianis acceden-  
di cum magno incommodo ad  
percipienda sacramenta, & di-  
uina officia audienda Ric. in  
Prax. for. eccl. par. 4. ref. 221.  
vbi refert., ita resoluisse Rot. decif.  
204. & 745. par. 2. Recent.

Obseruant secundò, quod no-  
ua ecclesia parochialis erigi non  
debet in alterius Parochia, nisi  
ex causa necessitatis, seu magnæ  
incommoditatis cap. ad audienc-  
tiam, vbi glof. in ver. magna dif-  
ficultate ac Eccles. ædific. & ideo  
non creditur Episcopo, seu or-  
dinario asserenti de causa huius-  
modi, cum talis assertio tendat  
in præjudicium tertij, sed debet  
in effectu probari, & in actis cō-  
stare Bart. in l. item si suspectus  
ff. de Procur. Aleiat. in tract. de  
Præsumpt. in reg. 3. præsum. 9. n. 27.  
Ric. in Prax. for. eccl. par. 4. ref.  
222. vnde ab huiusmodi decreto  
erectionis nouæ Parochiaæ dari  
appellationem, etiamsi ab Epis-  
copo fiat uti sedis apostolicae de-  
legato, censem idem Ric. in Prax.  
ut sup. par. 1. ref. 486. nisi haec or-  
dinatio fiat in visitatione, tunc

enim non datur appellatio saltem  
quo ad effectum suspensum ex  
eod. Concilio sess. 13. de ref. cap. 1. &  
sess. 24. cap. 10.

Obseruant tertio, quod si in  
loco minimè difficulti, nec incom-  
modo adesset oratorium, vel ec-  
clesia cum fonte baptismali, & ce-  
teris ad Parochiā necessarijs, ibi-  
que Parochus alium Sacerdotem  
proponeret, qui ibidem reside-  
ret, & sacramenta administraret,  
non posset in tali casu fieri sepa-  
ratio ex eodem Concil. d. sess. 21. de  
ref. cap. 4. Menoch. cons. 4. 77. nu. 9.  
Cost. remed. 76. quos refert, & se-  
quitur Ric. in prax. par. 1. ref. 486.  
Barbos. de Offic. & pot. Episc. par. 3.  
alleg. 68.

### §. III.

*Ex quibus fructibus reparari debet  
Ecclesia Cathedralis.*

R Esp. quod reparari debet  
ex proprijs fructibus pro  
fabrica destinatis cap. concessio cap.  
quatuor, & cap. de redditibus 12.  
q. 2. si vero fructus huiusmodi no  
adsint, aut sufficientes non fue-  
rint, onus reparandi spectat ad  
Episcopum de quarta suorum re-  
dituum tam futurorum, quam  
præteriorum cap. unio, & ibi,  
glof. 1. communiter recept. 10. q. 3.  
Barbat. cons. 26. num. 4. vol. 3. &  
alij quos refert, & sequitur Bellet.  
Disquis. Cleric. tit. de Clerico debi-  
tore 9. 13. num. 12. & seq. vbi etiā  
notat, quod eodem modo tene-  
tur Episcopus ad ornamenta, quæ  
sunt necessaria ad diuinum mini-  
sterium,

ketium, quia æqualis est fauor  
fabricæ, & ornamentorum arg.  
Cap. fin. de Testam. censet tamen  
quod Episcopus non tenetur ad  
reparationem, nisi de super-  
fluis.

15 Quodsi quarta pars reditum  
Episcopi non sufficiat ad illius  
reparationem, contribuere te-  
nentur pro rata reditum Ca-  
nonici, & alii, qui in ecclesia pos-  
sident beneficia. cap. I. de Eccles.  
ædific. Rip. respons. 26. num. 10. Ric.  
in Collect. decis. 26. 36 par. 7. & in  
Prax. for. eccles. par. 4. ref. 348. quod  
intelligendum est: similiter de fru-  
& tibus, qui superlunt detrahit  
necessarijs, ut d. Ricc. loc. cit. Bar-  
bos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all.  
64. num. 4. & 5. non potest tamen  
Episcopus compellere Canonicos  
36 & alios Clericos, nisi in casu,  
quo fabrica, seu reparatio esse  
necessaria Bellett. loc. cit. num. 18.  
& tunc concurrere debet conse-  
sus Episcopi, & Capituli simul,  
vel maioris partis illius iuxta. cap.  
fin. de His que sunt à maiori par-  
te Cap.

Si vero reditus Episcopi, &  
Canonicorum non sufficiant, po-  
test Episcopus fabri eiusdem  
Ecclesiæ cathedralis fructus be-  
ficiorum vacantium ad tempus  
applicare Abb. in cap. I. de Eccles.  
ædific. Io. Andr. in cap. si proprijs  
de Rescript. in 6. Felin. in cap. cum  
accessissent de constit. quos refert,  
& sequitur Ricc. in Prax. par. 4. ref.  
340. ubi de communi Barbos. d. p.  
3. all. 64. nu. 5. quod intellige, du-  
modò alteri non competant fru-

ctus primi anni, vt d. Ricc. loc. cit  
d. ref. 340.

Denum compellendi sunt Pa-  
rochiani, ut dicunt Doctores apud  
Barbos. d. all. 64. num. 5. Ricc. d. par.  
4. ref. 348. contra glof. in cap. qua-  
tuor ver. decent 12. q. 2. & alios,  
quos refert, & sequitur Vulp. in  
Prax. Iudic. cap. 46. numer. 3: quod  
19 absq. dubio procederet, si ades-  
set particulatis consuetudo, ve  
layci teneantur ad reparationem  
dictæ ecclesiæ Ricc. in Prax. par. 4  
d. ref. 348. Barbos. par. 3. d. all. 64. n.  
5. & alij apud Bellett. tit. de Cleric.  
debit. I. 13. num. 2.

20 Observa tamen, quod consue-  
tudo huiusmodi ex unico actu no[n]  
inducitur, sed requiruntur plures  
actus: secundò requiritur, quod  
populus fuerit in tali via animo  
inducendi consuetudinem latè  
Rip. respons. 26. num. 2. & seq.

#### S. I. V.

Quinam teneantur ad reficiendas ec-  
clesias inferiores.

A liæ Ecclesiæ inferiores refi-  
ci similiter debent ex fru-  
ctibus pro fabrica destinatis, qui  
si non adsint, vel non fuerint suf-  
ficientes, cogendi sunt qui fructus  
ex dictis ecclesijs percipiunt, aut  
in illorum defectum Parochiani,  
si ecclesiæ parochiales sint: quod  
si hi minima egestate omnes laborant,  
ad matrices, seu viciniores ecclæ-  
sias transferri debent iuxta Conc.  
Tridentinum siff. 21. de ref. cap. 7.

Obseruant tamen Doctores  
communiter parochos, aut alios  
Beneficiatos non teneri ad re-

D pa



parationem Ecclesie, neque ad paramenta, aut alia ad ornatum & usum Altaris, & Sacrificii necessaria, nisi de redditibus, quieis supersunt ultra necessariam substantiationem cap. de his ex. de eccl. edific. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 1. ref. 528. & part. 2. ref. 476. & par. 4. ref. 337. Barbos. loco cit. num. 6. Bellett. ubi supra. l. 14. num. 1. & seq. & alij. viuere enim debent de patrimonio Christi, cuius obsequio deputantur cap. cum secundum de Prab.

Ex quo infert Ricc. in Prax. ut sit. par. 1. ref. 528. Leo in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 17. num. 48. & seq. quod si fructus Ecclesie parochialis non excederent summam 100. duotorum, non esset grandus Rector pro reparacione Ecclesie, sed tunc ad omnia compellendi sunt Parochiani, quia hanc summam videtur prescriptissime Concilium ad honestam Rectoris substantiationem in sess. 24. de ref. cap. 13. addit etiam Leo loco cit. num. 53. & seq. non semper commendandum esse Rectorem ad totam illam quantitatem, quae dictam sumam duotorum 100. excedit, sed arbitrio boni viri, quia non est ita illa summa perstringenda, quin etiam pro qualitate loci, & personae maiores redditus Parochio debeantur. calculari autem debent huiusmodi 24 ducati eo modo, quo valor beneficiorum estimari consuevit, ut videlicet a quinquennio proximè elapsò annus sterilis cum fertili computetur deductis expensis, & oneribus Gomis in Reg. de valor.

expensis q. vlt. apud sibi, tunc est 25. An vero Commandatarius tenetar ad reparationem Ecclesie? Respondeat Ricc. in Prax. par. 4. ref. 347. quod tenetur, si commenda est perpetua, secus si temporalis, quia commenda perpetua dicitur titulus canonicus. Gum. in Reg. de Inform. q. 13. & in Reg. de Trier. q. 5. Gaid. Pap. dec. 152. & alij.

Obtinentes etiam pensionem, 26 tenentur pro rata ad Ecclesie reparationem, ut decisum resert Ricc. in Collett. decis. 492. par. 3. & dec. 2321. pdr. 6. & decis. 2926. par. 7. Item ad id tenentur etiam Patroni, si Ecclesie Iurispatronatis fuerint, quia percipiunt emolumenntum a Iurepatronatis, scilicet fructus Iurispatronatus, qui in presentatione consistunt, et habent honorarias primi loci in processionibus, & in sessionibus & percipiunt etiam alimenta ab ipsis ecclesijs in necessitate, Concilium Tridentinum loco citat. d. sess. 21. cap. 7. Bellett. ubi supra. l. 14. num. 10. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 164. & par. 2. ref. 476. & p. 4. ref. 348. ubi id intelligit deductis necessariis alimentis.

28 Observant 2. quod si deducto necessario ad alimenta Beneficiorum non supersunt redditus Ecclesie ad fabricam reparandam, tunc tenentur Parochiani luxur concilium d. sess. 21. cap. 7. ita resolvant DD. quos reserts. & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 64. n. 6. ubi etiam disicit ita resoluisse Rot. decis. 545. n. 1. par. 1. Recensiff. & tunc 29 pro modo substantiae seu bonorum

Pa-



- Parochiani cōserre debent ad hū  
iūmodi reparatiōnē, seu con-  
strucciōnē arg. I. propter honorem  
C. Qui boni ced. poss. & I. omnes pro-  
uinciarum C. de oper. publ. & dicit  
30 Leo loco cit. p. 73. hoc autem onus  
contribuendi fabrica Ecclesiæ pa-  
rochialis spectat ad Dominos cōdiū,  
non autem ad Conductores, quia  
huiusmodi onus est reale, ut dicūt  
DD. apud Ricc. in Prax. for. Eccles.  
par. 4. ref. 351.
- 31 Et hæc procedunt etiam quoad  
restauratiōnē domus Rectoris,  
qui enim tenentur ad refectiōnē  
Ecclesiæ, ijdem etiam tenentur  
ad refectiōnē domus Sacerdota-  
lis Bellet. d. 9. 14. n. 4. & 9. vbi refert  
ita declarasse Sa e. Cong. conc. Vgo-  
lin. de offic. Episc. cap. 14. l. 1. nu. 5.  
Monet. de Committ. ultim. volunt. c.  
11. n. 149 Sperell. dec. 68. n. 4. & seq.  
quos refert Barboſ. d. all. 64. nu. 4. &  
32 seq. vbi idem dicunt de Paramen-  
tis, ornamentiſ, calice, lumina-  
rijs, & alijs Ecclesiæ necessarijjs.  
Addit Isidor. Mosco. de militan.  
Eccles. par. 4. lib. 1. cap. 4. vers. primō  
itaq. confiderandum, quem refert  
Barboſ. d. par. 3. all. 102. n. 10. quod  
33 si mēnia monasteriorum mōnia-  
lium confracta sint, & monasterij  
facultates non suppeterent, fide-  
lium eleemosinis restauranda es-  
sent, aut monialium Coſanguinei  
ad id cogerentur: per durat enim  
confanguinitatis vinculum, & obli-  
gatio illas conseruandi in debita  
honestate cap. si quis dereliquerit  
30. dist. Quod si consanguinei ino-  
piā laborarent, ille compellendus  
17 Episcopus compellit administrato-  
res locorum piorum ad soluendū.  
eset, cuius auctoritate, vel poti-  
us voluntate sicut erectum mo-  
18 Executio in tali caſu non suspen-  
datur
- nasterium, quoniam præuidere  
debebat huiusmodi necessitates fu-  
turas, ut dicant Doctores citati.
- S V M M A R I V M.
- 1 Confraternitatis, & alia loca pia  
Episcopi iurisdictioni subiiciun-  
tur.
- 2 Excipiuntur Hospitalia, que sub  
Regum protectione sunt.
- 3 An Episcopus visitare possit confra-  
ternitatis existentes in ecclesijs Re-  
gularium, & n. 4.
- 4 An confraternitatis erectæ absque  
auctoritate ordinarij subiiciantur  
Iurisdictioni eiusdem ordi-  
narij, & n. 6.
- 5 Bona locorum piorum non prescri-  
buntur minori spatio 40. annō  
rum.
- 6 Loca pia exempta sunt à solutione  
gabellarum.
- 7 An Episcopus visitare possit loca pia,  
si testator, vel fundator id prohibi-  
bit, & num. 10.
- 8 An Episcopus visitare possit Hospitalia  
a laico adhuc vi-  
ente, & num. 12.
- 9 Que Hospitalia censeantur esse  
sub Regum Protectione.
- 10 Protectio regia impetranda est in  
limine erectionis, alias non sus-  
fragatur.
- 11 An huiusmodi Hospitalia visitari  
possint ab Episcopo quoad decen-  
tiā diuini cultus & orna-  
mentorum.
- 12 Episcopus cognoscit, an Hospitalia  
sunt sub Regum protectione.
- 13 Episcopus compellit administrato-  
res locorum piorum ad soluendū.

D 2 ditur